



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

## **Die Universität Paderborn**

Quellen und Abhandlungen von 1614 - 1808

**Freisen, Joseph**

**Paderborn, 1898**

I. Stiftungs-Urkunden der Paderborner Universität.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-8008**

Seite  
182  
183

en

186  
187

193  
212

con  
215  
No-  
219

uli  
223  
226

n der  
226

1808).  
243

Seminarium

## I.

### Stiftungs-Urkunden der Paderborner Universität.

Die gegenwärtig zu Paderborn unter dem Namen „Bischöfliche philosophisch-theologische Lehranstalt“ bestehende Unterrichtsanstalt verdankt ihre Entstehung dem um das Schulwesen in der Paderborner Diözese hochverdienten Fürstbischof von Paderborn, Theodor von Fürstenberg. Dieselbe wurde als Studium generale (= Universität)<sup>1)</sup> mit den beiden Fakultäten der Philosophie und Theologie in dem seit 1604 zu Paderborn bestehenden Jesuiten-Kollegium<sup>2)</sup> errichtet und trat nach dem Muster der damaligen Jesuiten-Unterrichtsanstalten in organische Verbindung mit dem von den Jesuiten seit 1585 geleiteten Paderborner Gymnasium.<sup>3)</sup>

Die Universität wurde durch drei Stiftungs-Urkunden ins Leben gerufen, eine fürstbischöfliche, eine päpstliche und eine kaiserliche, wie das sonst nur bei wenigen Universitäten der Fall war.<sup>4)</sup>

<sup>1)</sup> Vgl. über die Bedeutung von studium generale P. Heinrich Denifle, Die Universitäten des Mittelalters bis 1400. 1885. I. 1 ff.; Georg Kaufmann, Die Geschichte der deutschen Universitäten. 1888. I. 98 ff. Die Bedeutung dieser Bezeichnung war nicht überall die gleiche und hat zeitlich gewechselt.

<sup>2)</sup> Wilhelm Richter, Geschichte der Paderborner Jesuiten. 1892. I. 75 ff., 194 ff. (Stiftungsurkunde des Jesuiten-Kollegiums).

<sup>3)</sup> W. Richter, Geschichte etc. S. 17, 127 ff.

<sup>4)</sup> Vgl. über die viel umstrittene Frage, wie eine Universität ins Leben trat, ob durch päpstlichen Stiftbrief, oder durch kaiserlichen, oder durch kaiserlichen und päpstlichen, oder durch landesherrlichen, Denifle, Die Universitäten cit. I. 763 ff., Kaufmann, Die Geschichte cit. I. S. 371 ff. Hinschius, Kirchenrecht 1888. IV. 640 ff. Nach der gründlichen Darlegung von Denifle gab es Hochschulen ohne Errichtungsbriefe (Studienanstalten ex consuetudine), Hochschulen mit nur päpstlichen Er-

In der Stiftungsurkunde vom 10. September 1614 setzte Fürstbischof Theodor die Gründe auseinander, welche ihn bei seiner Stiftung leiteten: Manchem fähigen Jüngling des Paderborner Landes fehlte es nach Absolvierung der Gymnasialstudien an passender Gelegenheit zur weiteren wissenschaftlichen Ausbildung in der Philosophie oder Theologie. Die katholischen Universitäten waren zu weit entfernt, und ihr Besuch erforderte einen Kostenaufwand, den nur wenige bestreiten konnten. Manche Studenten gingen zu den benachbarten protestantischen Universitäten und litten vielfach Schiffbruch an ihrem Glauben. Und doch war in der damaligen Zeit ein wissenschaftlich gebildeter Klerus nötiger, denn je. Daher der Gedanke, im eigenen Lande eine Universität zu errichten.

Die Verhandlungen, welche betreffs der Universität mit Papst und Kaiser eingeleitet waren, nahmen den günstigsten Verlauf und am 10. September 1614 übergab Theodor dem damaligen Provinzial P. Heinrich Scheren in der Jesuitenkirche die Urkunde, durch welche er zugleich dem damaligen Jesuitengeneral Claudio Aquaviva zum Unterhalte der Professoren 15 000 Thaler überwies.

In einer anderen Urkunde vom 2. April 1615 bestätigte Papst Paul V. die Stiftung Theodors als *Universitas studii generalis*, unter Leitung des Paderborner Jesuiten-Kollegiums und Oberleitung des Ordensgenerals. Die Universität wurde ausgestattet mit „*omnibus quibusunque privilegiis, indultis, libertatibus, immunitatibus, exemptionibus, favoribus, gratiis, praerogativis, honoribus et praeeminentiis*“, wie sie die bereits bestehenden Universitäten besassen.

Ebenso bestätigte Kaiser Matthias die Stiftung durch Urkunde vom 14. Dezember 1615 zugleich mit: „*omnibus et quibusunque gratiis, honoribus, dignitatibus, praeeminentiis, praerogativis, privilegiis, concessionibus, favoribus et indultis et aliis quibuslibet, quibus Universitas Heidelbergensis, Tübinger-*

---

richtungsbriefen, Hochschulen mit kaiserlichen oder landesherrlichen Gründungsurkunden, Hochschulen mit päpstlichen und landesherrlichen oder kaiserlichen Stiftbriefen. Für den rechtmässigen Bestand einer Hochschule (Generalstudium) war seit der Mitte des 13. Jahrh. entweder ein päpstlicher, oder ein kaiserlicher, oder landesherrlicher Stiftbrief notwendig.

sis, Friiburgensis, Ingolstadiensis ac alia Studia privilegiata, ac Doctores, Licentiati, Magistri, Baccalaurei et Scholastici istic promoti aut aliqua dignitate seu gradu insigniti gaudent, utuntur, fruuntur et potiuntur, quomodolibet consuetudine vel de Jure.“

Die öffentliche Publikation dieser Urkunden, und damit die förmliche Eröffnung der neuen Universität erfolgte am 13. September 1616 unter grosser Feierlichkeit vor den versammelten Landständen, den benachbarten Fürsten, Grafen und Herren. Theodor soll vor Freude über die Stiftung die Worte Simeons ausgerufen haben: „Herr, nun lass deinen Diener in Frieden fahren.“<sup>1)</sup>

### 1. Fürstbischof Theodor gründet die Paderborner Universität. Neuhaus, 1614, 10. September.<sup>2)</sup>

Theodorus Dei et Apostolicae Sedis Gratia Ecclesiae Episcopus Paderbornensis, S. Romani Imperii Princeps ad perpetuam rei memoriam. Trigesimus prope pastoralis nostri regiminis inchoatur annus, ex quo divina providentia dispensante in Ecclesia Paderbornensi curam animarum suscepimus. Magnae interea multaeque difficultatum procellae nos agitarunt. Neque adhuc afflictissimarum curarum in gravi ac cana iam aetate vel modus appetet vel finis, dum ingravescentes bellorum motus atque damnatissimorum adversus avitam Religionem errorum augescentes discordias apud animum nostrum recogitamus.

Attamen stimulat nos misericordissima desuper in nos Dei Optimi Maximi bonitas, ut sub molestissimo laborum pondere non deficiamus: sed multo magis intenti in eundem auctorem

<sup>1)</sup> Richter, Geschichte cit. 127 ff. auch Georg Joseph Bessen, Geschichte des Bistums Paderborn. 1820. II. S. 127 ff.

<sup>2)</sup> Ich gebe die drei Stiftungsurkunden nach dem genauen Abdruck aus den Originalien des Paderborn. Studienfonds-Archivs bei Richter, Geschichte etc. I. S. 202 ff. Die Wiedergabe der Urkunden in anderen Werken z. B. Strunck, Mich. S. J. Annalium Paderb. pars III. Paderb. 1741 p. 732 sq. ist ungenau (Richter a. a. O. S. 202). Die kaiserliche und päpstliche Stiftungsurkunde findet sich in Abschrift, jedoch mit mehreren nicht unbedeutenden Schreibfehlern, auch in dem Sammelband Pa. 45 des Paderb. Studienfonds-Archivs (Richter, Handschriftenverzeichnis der Theodorianischen-Bibliothek zu Paderborn. 1896. I. p. 10). Die Originalurkunden sind fortlaufend ohne jeden Absatz geschrieben.

fidei, qui ad mortem usque pro animabus nostris decertavit, et eorum, quae retro sunt, obliscentes, novos animos novasque vires pro glorio Christi corpore, quod est Ecclesia sancta, induimus. Assumpsimus ante annos fere triginta in partem laborum nostrorum Patres Societatis Jesu, quibus, ut fideles nobis cooperatores essent, Collegium in civitate nostra Episcopali aedificavimus et fundavimus tanta dote, et Concionatores, Confessarii ac humaniorum litterarum Magistri, cum necessariis administris religioso modo sustentari possent. Et sane magno subditorum bono magnaqua consolatione nostra experti sumus eorum conatus atque iudiciis.

Sed quia facile apparebat, ex nulla adhuc in Provincia Rhenana fundata probationis domo illud futurum, ut paulatim in necessariis operariis pro Scholis et Cathedris deficeret iuxta religiosum societatis Jesu institutum praeparandis, singulari ac paterno in laudabilem societatem affectu novam fundationem vices mille Imperialium dalerorum pro viginti quinque Tyronebus alendis cum priore Collegii dote coniunximus. Quam quidem fundationem tum in nostri Episcopatus tum etiam totius Provinciae Rhenanae utilitatem erectam munificentissimo Deo ita cordi fuisse arbitramur, ut ex thesauro sapientiae suae ampliora consilia suggerere et maiores quoque cum vita longiore vires donare dignatus fuerit. Saepe et sollicite circumspiciebamus, ut cognoscere liceret, quid tandem decesset eorum, quae ex Pastoralis obligationis munere subditis nostris praestare possemus.

Videbamus meliora ingenia absolutis humaniorum litterarum studiis ad vicinas haereticorum Academias cum aeternae salutis dispendio abripi, aut, si ad Catholicas remotiores abire malent, sumptuum inopia in medio studiorum cursu non absque Catholicae Reipublicae detimento succumbere. Videbamus etiam multa ingenia animarum curae sacrisque Religiosorum institutis apta plane ab omni litterarum exercitio impediri, unde Episcopatus nostri Parochiae, Monasteria et Collegia aptis operariis adversus Haeresios flagitia et impietatem omnem destituebantur, non absque iusto dolore cordis nostri. Quibus malis mederi cupientes, divina gratia opitulante, illud consilium arripiuimus, ut in Episcopali nostra civitate Paderborna Academiam duarum facultatum, nimirum Philosophicae et Theologicae prioribus fundationibus adiicere vellemus. Et quamvis ante annum constitutum esset, ut Philosophia tota cum sola Theologia morali, quae controversias de Religione et casus conscientiae complectitur, auditoribus praelegeretur; visum est tamen

utilitati subditorum et honori Ecclesiae plurimum expedire, ut tota Theologia scholastica iuxta morem Universitatum Societatis Jesu doceatur.

Ita enim fiet, ut, qui ingenio praecellunt, non tantum excellenti doctrina praecclare armatos, sed etiam doctoratus Theologici titulis ornatos, subditis utilius, maiori cum honore et auctoritate in Ecclesia nostra queamus praestituere. Quare cum plures in collegio nostro Paderbornensi Societatis Jesu operarii eum in finem quam hactenus necessarii sint, Admodum Reverendo in Christo Patri P. Claudio Aquavivae Praeposito Generali pro Philosophiae et Theologiae Professoribus adhuc quindecim Imperialium dalerorum millia lubentes, volentes ex peculio nostro elargimur, quibus praedictarum facultatum Doctores ac Magistri pro tam necessario, utili ac honorifico Ecclesiae Dei ac familiae nostrae Furstenbergicæ labore alantur, petentes, ut hanc auctiorem dotem benigne suscipere nostrique ac familiae nostrae Furstenbergicæ per se ac per suos in sacrosanctis sacrificiis ac precibus memor esse velit. Id quod ad maiorem Dei gloriam, Ecclesiae sanctae incrementum proficiat et aeternum cedat. Datum in arce nostra Neuhusiana anno a Domini Nativitate millesimo decimo quarto [sic!] die Decima Septembbris.

Theodorus a Furstenbergh  
Ecclesiae Paderbornensis Episcopus.

## 2. Päpstliche Gründungs-Urkunde der Paderborner Universität. Rom, 1615, 2. April.

Paulus PP. V.

Ad perpetuam rei memoriam. In supereminenti apostolicae sedis specula meritis licet imparibus disponente Domino constituti, et intra mentis nostrae arcana revolentes, quantum ex litterarum studiis Catholica fides augeatur, divini nominis cultus protendatur, veritas agnoscat, ac iustitia colatur, ad ea, per quae litterarum studia huiusmodi ubilibet excitentur, et humiles personae eis incumbere desiderantes id efficere possint, libenter intendimus, et in iis nostrae sollicitudinis partes propensius impartimur, prout pia Ecclesiasticorum Praelatorum vota exposcunt, Nosque locorum qualitate pensata in Domino conspicimus salubriter expedire.

Sane nomine venerabilis fratris Theodori Episcopi Paderbornensis sacri Romani Imperii Principis nobis nuper expositum fuit, quod ipse a viginti annis vel circa, ut adolescentes suae civitatis Paderbornensis in bonis litteris, moribus et sincera pietate instituerentur, et populus sibi commissus per frequentiam sacramentorum Poenitentiae et Eucharistiae, necnon concionum, lectionum et sacrificiorum in spiritualibus promoveretur, in eadem Civitate unum Collegium societatis Jesu, in quo humaniores litterae docerentur, per tunc existentem Praepositum generalem dictae societatis in vim privilegiorum sibi ab apostolica sede concessorum erigi et institui curavit illudque opportuno aedificio construi fecit, et competentibus redditibus annuis dotavit.

Cum autem, sicut eadem expositio subiungebat, dictus Theodorus Episcopus provide consideret tam in suo, quam vicinis episcopatibus magnam penuriam parochorum, qui litteras sciant, ut populum erudire et serio haereticis eorumque falsis et erroneis opinionibus opponere, ac etiam eorum, qui cum dignitate Clero seculari, civitatibus, oppidis et locis ac etiam Abbatii et Monasteriis praefici possint, existere, et Academias Catholicas quinque aut sex dierum itinere distare: e contra vero propinqua esse Gymnasia haereticorum, in quibus omnia studia ad haereses et falsa dogmata propaganda diriguntur ac sapientia huius saeculi gubernantur, et ad ea meliora saepe ingenia cum magno spiritualium et temporalium rerum damno profiscuntur, et in tota veteri Saxonia nullam adesse Academiam Catholicam, et propterea ut Religionem Catholicam, quae in locis sibi subiectis et vicinis Epicopatibus viget, conservet, et ubi collapsa est, hac potissima ratione restituat, ac suos subditos et vicinos quam plurimos ad litterarum studia et navandi bonis litteris operam excitet, Universitatem studii generalis, in qua duae facultates Theologia et Philosophia cum scholis linguae Latinae, Graecae, Hebraeae sub cura tamen, regimine et administratione dictae Societatis Praepositi generalis et clericorum ejus seu personae a dicto Praeposito generali deputandae doceantur seu legantur, sufficientibus redditibus per eum dotandam, ac competente habitatione aliquis rebus necessariis ei providendam per Nos erigi et institui summopere desideret; Nobis idcirco humiliter supplicari fecit, quatenus subditorum suorum saluti et commodo consulendo in dicta Civitate ac aedibus ipsius Collegii Universitatem, in qua Societatis praedictae Religiosi Theologiam, Philosophiam et ingenuas artes praedictas publice profiterentur et iuvenes quoscunque docerent, apostolica aucto-

ritate perpetuo erigere et instituere aliasque in praemissis opportune providere de benignitate apostolica dignaremur.

Nos igitur Theodorum Episcopum a quibusvis excommunicationis, suspensionis et interdicti aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris et poenis a iure vel ab homine quavis occasione vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum praesentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes et absolutum fore centes, huiusmodi supplicationibus inclinati; ex nunc prout postquam dictus Theodorus Episcopus sufficientes redditus ad infrascripta de suo attribuerit et de rebus necessariis providerit in Civitate praedicta ac aedibus dicti Collegii, ubi nunc scholae sunt seu forsan in ampliorem formam construentur, Universitatem studii generalis, in qua Religiosi dictae Societatis Theologiam, necnon Philosophiam tam scholasticam quam positivam naturalem ac moralem, linguas Latinam, Graecam et Hebraeam aliasque ingenuas artes praedictas publicae profiteantur ac Iuvenes quos cunque doceant ad instar aliarum Universitatum studiorum generalium tam in Transalpinis provinceis et Regnis, quam alias ubilibet erectarum apostolica auctoritate praedicta tenore praesentium perpetuo erigimus et instituimus (sine tamen praeiudicio alicuius) ipsamque Universitatem ac studium generale sic erectum et institutum curae, regimini et administrationi dictae Societatis et illius Praepositi Generalis seu ab eo deputandi, qui totius Universitatis Rector existat, praefata auctoritate etiam perpetuo supponimus et submittimus, ac eidem Universitati illiusque Rectori, magistris, scholasticis aliisque praefatis universis et singulis ut omnibus et quibuscumque privilegiis, indultis, libertatibus, immunitatibus, exemptionibus, favoribus, gratiis, praerogativis, honoribus et praeminentiis huiusmodi Universitatibus illarumque pro tempore existentibus Rectoribus, Magistris, Lectoribus, Doctoribus, Praeceptoribus, scholasticis, Procuratoribus, Bidellis, Nuntiis, Officialibus, Ministris et aliis personis in genere vel in specie tam pontificia quam Imperiali, Regia, aut Ducali auctoritatibus et alias pro tempore quomodolibet concessis non solum ad eorum instar, sed pariformiter ac aequo principaliter in omnibus et per omnia uti, potiri et gaudere.

Et insuper Rectori eiusdem Universitatis et Collegii pro tempore existenti ut illos, quos in ipsa erecta Universitate vel etiam alibi in alia quavis catholica per debitum tempus studuisse, ac scientiae et moribus idoneos esse repererit, in praedictis facultatibus artium et Theologiae ad Baccalaureatus etiam

formati, Licentiaturae Laureae ac Doctoratus necnon Magisterii gradus servata in omnibus forma decretorum Viennensis et Tridentini Conciliorum, quibus in aliquo derogare non intendimus, et alias iuxta Universitatum aliorum studiorum generalium consuetudines et erectae Universitatis statuta promovere et ipsorum graduum solita insignia eis exhibere, utque ad dictos gradus sic per illum promoti postea publice et privatim etiam in omnibus aliis Universitatibus studiorum generalium facultates praedictas interpretari et alios docere et de eis disputare, gradui seu gradibus huiusmodi convenientes actus exercere, ac omnibus privilegiis, gratiis, favoribus, praerogativis et indultis, quibus alii in praedictis seu aliis Universitatibus et alibi iuxta illarum constitutiones et mores ad gradus praedictos promoti de iure vel consuetudine utuntur, potiuntur et gaudent, ac uti, potiri et gaudere poterunt in futurum in omnibus et per omnia, perinde ac si gradus ipsos in Universitatibus huiusmodi iuxta illarum mores et consuetudines rite suscepissent, uti, potiri et gaudere.

Necnon pro tempore existenti dictae Societatis Praeposito generali, ut per se vel dictorum Collegii et erectae Universitatis Rectorem aut alium seu alios pro salubri et felici dictae Universitatis directione, ac Rectoris, Magistrorum, Procuratorum, Bidellorum, Nunciorum ac aliorum Ministrorum et Officialium muneribus et functionibus, modoque et forma docendi et alias sua officia exercendi et scholasticorum manutentione quaecunque statuta et ordinationes, licita et honesta, ac sacris Canonibus, et Concilii Tridentini decretis et constitutionibus apostolicis, necnon contraria edere et promulgare, eaque pro temporum, rerum et personarum qualitate mutare, corrigerre et reformare seu illa cassare et abrogare, ac alia de novo edere, et super illorum observatione poenas eius arbitrio imponere, dictaeque Universitatis Doctores, Magistros, Lectores, Scholasticos, Procuratores, Bidellos aliosque Ministros et Officialles eligere et amovere, seu electiones factas confirmare libere et licite valeant, auctoritate et tenore praefatis etiam perpetuo concedimus et indulgemus. Necnon domum, bona et iura a dicto Theodoro Episcopo ut praefertur Collegio, et illius Universitati per praesentes erectae praefatis concessa et donata, ac etiam concedenda et donanda auctoritate et tenore similibus itidem perpetuo applicamus et appropriamus.

Praesentes vero nostras litteras de nullitatis vitio notari seu impugnari, infringi, limitari, seu in ius vel controversiam vocari, aut adversus eas quocunque iuris et facti, vel iustitiae

aut  
nus  
qua  
fore  
obti  
Ord  
dito  
irrit  
tate  
obst  
que  
Man  
MD

3.

per  
Dal  
Du  
Ma  
feri  
Cor  
gra  
sup  
Por  
ten

per  
nus  
per  
pot  
rur  
ins  
ut  
ac  
opp  
pra  
seq  
Pri

aut gratiae remedium intentari, impetrari, vel concedi nullatenus unquam posse, sed illas semper et perpetuo adversus quascunque impugnationes et exceptiones validas et efficaces fore et esse, suosque plenarios et integros effectus sortiri et obtainere debere, sicque et non aliter per quoscunque Indices Ordinarios et Delegatos etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales iudicari et diffiniri debere, ac irritum et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari decernimus; non obstantibus constitutionibus et ordinationibus apostolicis ceterisque contrariis quibuscunque. Datum Romae apud Sanctam Mariam Maiorem sub Annulo Piscatoris die secunda Aprilis MDCXV. Pontificatus Nostri Anno Decimo.

### 3. Kaiserliche Gründungs-Urkunde der Paderborner Universität. Prag, 1615, 14. Dezember.

Matthias divina favente clementia electus Romanorum Imperator semper Augustus, ac Germaniae, Hungariae, Bohemiae, Dalmatiae, Croatiae, Sclavoniae etc. Rex, Archidux Austriae, Dux Burgundiae, Brabantiae, Stiriae, Carinthiae, Carniolae etc., Marchio Moraviae etc., Dux Lucemburgiae, ac superioris et inferioris Silesiae, Wirttembergae et Teckae, Princeps Sueviae, Comes Habsburgi, Tirolis, Ferretis, Kiburgi et Goritiae, Landgravius Alsatiae, Marchio Sacri Romani Imperii Burgoniae, ac superioris et inferioris Lusatiae, Dominus Marchiae Sclavonicae, Portus Naonis et Salinarum etc.: Agnoscamus et praesentium tenore notum facimus universis.

Postquam Praepotentis Dei concessu ac munere ad Imperialis dignitatis fastigium evecti sumus, ad Officii nostri munus imprimis pertinere existimamus, Maiorum nostrorum Imperatorum Romanorum ac Regum, qui inter alias supremae potestatis curas hanc imprimis dignitate sua dignam existimarent, ut varia in Sacro Imperio Gymnasia et Universalia Studia instituerent, fundarent et confirmarent, exemplo solicite curare, ut Liberalium Artium ac Scientiarum studia, quae ad Ecclesiae ac Reipublicae gubernationem et conservationem necessaria et opportuna sint, excolantur et convenientibus honoribus ac praemiis excitentur nostroque auspicio felicia incrementa consequantur. Quamobrem a Venerabili nostro et Sacri Imperii Principe Theodoro Episcopo Paderbornensi humiliter rogati, ut,

quod magno labore gravibusque expensis in Civitate sua Paderborna instituit atque erexit Collegium, cui patres Societatis Jesu praesint, requisitis rerum omnium commoditatibus locupletatum et accommodatum, auctoritate nostra Caesarea confirmare nec non privilegiis, libertatibus et praerogativis Universalis Studii munire et exornare dignaremur: Nos, maturo super hoc habito consilio ac deliberatione, precibus eiusmodi per sese honestis et aequis benigne locum dandum duximus.

Ac proinde ex certa scientia ac de Caesareae nostrae potestatis plenitudine in vim motus proprii ante dictum Collegium ab eodem Venerabili Theodoro Episcopo Paderbornensi erectum ac fundatum tenore praesentium omni meliori via et modo instituimus et in Gymnasium ac Studium Universale erigimus, fundamus et confirmamus, illudque una cum personis ibidem profitentibus ac studentibus privilegiis omnibus, immunitatibus, honoribus et gratiis, quibus alia Gymnasia eorumque membra utuntur, fruuntur et gaudent, donamus, insignimus, et exornamus, volentes et eadem auctoritate nostra Caesarea decernentes, quod Rector et Visitatores aut Professores et personae idoneae, ad id per Superiores Societatis Jesu iuxta formulam Dilinganae aliarumque Academiarum in eiusdem Societatis Constitutionibus comprehensam deputandae, possint et valeant in praedicto Gymnasio seu Universali studio in duabus facultatibus, sacra nimirum Theologia nec non Philosophia, et quibusunque scientiis in Gymnasiis Societatis Jesu tradi solitis legere, et Lectiones et Disputationes et Repetitiones publicas facere, Conclusiones palam proponere, ac praedictas Scientias docere, interpretari, glossare et dilucidare, omnesque Actus Scholasticos exercere eo modo, ritu et ordine, qui in ipsorum Gymnasio hactenus usitatus est aut in ceteris Universitatibus et Gymnasiis publicis Societatis Jesu observari solet.

Porro cum ipsa Studia eo feliciori gradu procedant et maius sumant incrementum, si ingenii et disciplinis ipsis suus honos seu dignitatis gradus statuatur, ut emeriti aliquando digna laborum suorum praemia consequantur: statuimus et ordinamus, ut per Collegia Doctorum seu Professorum electis ad id idoneis et prae ceteris excellentioribus, si qui ad sumendam palmam certaminis sui idonei iudicati fuerint, adhibito prius per ipsos Doctores et Professores in qualibet facultate pro more et consuetudine atque solemnitatibus et ritu in ceteris Universitatibus observari solitis rigoroso et diligentem examine (in quo conscientias ipsorum Professorum onerari volumus) in Theologia, Philosophia et liberalibus artibus eos, qui examini se sub-

miserint seque pro more et iuxta statuta Scholarchis per aliquos dignos et honestos viros de gremio ipsius Collegii praesentari fecerint, possint ad ipsum examen admitti et invocata Spiritus Sancti gratia examinari, et si hoc modo habiles, idonei et sufficientes reperti et iudicati fuerint, Baccalaurei aut Magistri aut Licentiati aut Doctores pro uniuscuiusque scientia et doctrina creari, et huiusmodi dignitatibus insigniri, nec non per Bireti impositionem et Annuli ac osculi traditionem ceterisque consuetis sollemnitatibus investiri et consueta ornamenta atque Insignia dignitatum praedictarum eis tradi et conferri; quodque Baccalaurei aut Magistri aut Licentiati aut Doctores in eadem Academia promoti et promovendi debeant et possint in omnibus Locis et Terris Sacri Romani Imperii et ubique Terrarum et Locorum libere omnes actus Professorum legendi, docendi, interpretandi et glossandi facere et exercere, quos ceteri Professores, Baccalaurei, Magistri, Licentiati et Doctores in aliis Studiis privilegiatis promoti et insigniti exercent et exercere possunt et debent de consuetudine vel de Jure.

Ceterum quo praefatum Gymnasium Paderbornense suis gubernatum magistratibus solidiori et firmiori consistat fundamento, omnes et singulas ordinationes et statuta hactenus in eo facta tenore praesentium confirmamus, et insuper damus et concedimus Scholarchis, Doctoribus, Professoribus et Scholaribus in dicta Academia quoquo tempore existentibus auctoritatem et potestatem condendi et faciendi statuta et ordinationes iuxta consuetudinem ceterarum Universitatum. Ad haec damus et concedimus eiusdem Societatis superioribus potestatem creandi et constituendi Rectorem Scholae et Visitatores et Professores, item Procuratores ad negotia vel Syndicos, sive alios quoscunque Officiales Universitatis, prout ipsis visum fuerit expedire.

Praeterea volumus et decernimus per praesentes, quod Scholastici ac ibidem dignitatem seu gradum aliquem assumentes gaudeant et potiantur, utique, frui, gaudere et potiri possint ac debeant omnibus et quibuscumque gratiis, honoribus, dignitatibus, praeminentiis, praerogativis, privilegiis, concessionibus, favoribus et indultis ac aliis quibuslibet, quibus Universitas Heidelbergensis, Tübicensis, Friburgensis, Ingolstadiensis ac alia Studia privilegiata, ac Doctores, Licentiati, Magistri, Baccalaurei et Scholastici istic promoti aut aliqua dignitate seu gradu insigniti gaudent, utuntur, fruuntur et potiuntur, quomodolibet consuetudine vel de Jure: non obstantibus aliquibus privilegiis, indultis, praerogativis, gratiis, statutis, ordinationibus, legibus, constitutionibus, reformationibus, exemptionibus, aut aliis quibus-

cunque in contrarium facientibus. Quibus omnibus et singulis ex certa nostra scientia, animo deliberato et motu proprio hisce derogamus et derogatum esse volumus per praesentes.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc nostrae confirmatio-  
nis, erectionis, indulti, concessionis et privilegii gratiam vel fa-  
cultatem infringere, aut ei quovis ausu temerario contravenire,  
seu illam quovismodo violare. Si quis autem id attentare piae-  
sumperit, nostram et Imperii Sacri indignationem gravissimam  
et poenam Centum Marcharum auri puri toties, quoties contra-  
factum fuerit, se noverit irremissibiliter incursum, quarum  
dimidiam Imperiali fisco seu Aerario nostro, reliquam vero par-  
tem saepenominato venerabili Theodoro Episcopo et eius suc-  
cessoribus ducernimus applicandum harum testimonio Litte-  
rarum manu nostra subscriptarum et sigilli nostri Caesarei  
appensione munitarum. Datum in Arce nostra Regia Pragae,  
Die decima quarta Mensis Decembris, Anno domini Millesimo  
Sexcentesimo decimo quinto, Regnorum nostrorum Romani  
quarto, Hungarici octavo, Bohemici vero quinto.

---

## II.

### Die Statuten der Universität.

Die Statuten der Paderborner Universität wurden nach dem Vorbild der Statuten anderer Universitäten entworfen. Mehrere Briefe wechselten dieserhalb die Patres mit der Universität zu Trier, Dillingen, Löwen und andern. Die Theodor-Bibliothek bewahrt noch mehrere Originalien dieser Korrespondenz, einige derselben gebe ich im Abdruck.<sup>1)</sup> Die einen Statuten sind allgemeiner Art (statuta generalia) und gelten für die Studenten an der Universität Paderborn. Ihr Inhalt entspricht mehrfach den consuetudines provinciae<sup>2)</sup> der Gesellschaft Jesu. Die andern Statuta Universitatis regeln die andern Ver-

---

<sup>1)</sup> Vgl. Richter, Handschriften-Verzeichnis der Theodorianischen Bibliothek zu Paderborn. 1896. I. Pa. 89.

<sup>2)</sup> Vgl. Richter, Handschriften cit. I. Pa. 122.